



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ethbinvs C. 19. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. ETHBINVS C. 19. Octobris.

Axioma est à magistro CHRISTO
 dictatum & receptum jam olim in
 Christianâ philosophiâ; *qui non renun-*
tiat omnibus quæ possidet, non potest meus
esse discipulus. Indocti discipuli quàm
 pauci hoc intelligimus, quàm multi
 intelligere nos altum dissimulamus! At
 vix hoc dici audierat ETHBINVS Sco-
 tus nobilis adolescens, cum dicto etiam
 audiens opes egenis, se monasterio de-
 vouit. Ex hoc cum vitæ melioris ma-
 gistro Winualoco in agrum fortè egres-
 sus, in hominem offendit leprâ horri-
 dum. Quod auertere oculos potuisset
 delicatos, ETHBINI Sociique invi-
 tavit etiam. Oritur pulchrum magi-
 strum inter & tyronem certamen. Hic
 brachiis stringere & sinu miserum fo-
 vere, ille sordes & saniem velle officio-
 sus à vultu abstergere, quin (quod ager
 aliter nollet fieri) generosâ siti puru-
 lentam scabiem ebibere. Scio, horres
 hæc legere. Sed tunc facere hæc virtus
 non horruit. Et ecce, (ô Superi! ô amor,
 qui colludere homini DEVM facis!)
 dum saniem sperat Winualocus, gem-
 mam unice pretiosam ore excipit, &
 mutatâ repente rerû facie videt ETH-
 BINVS in miseri fronte crucem ruti-
 lare, videt ab alto famulos cælites ad-
 venire, & è manibus non jam lepro-

sum, sed Christum abire; amicissimis
verbis sua utrique premia pollicentem.
Et finierat fabula pulcherrima, cum ite-
rum lis sancta exorta est, utrius virtuti
hanc DEVS dedisset. Post multa ita
conventum est: ut silentio omnia in-
voluerentur. At frustra agitis o Divi.
gemma vos prodidit, & vero olim Chri-
stus prodet. Ex Surio.

SS. CAPRASIVS ET FIDES MM.

20. Octobris.

VT fidem sanguine suo firmare
CAPRASIVS, FIDES virgo sug-
gessit. Nam cum hæc anno post natum
Servatorem trecentesimo tertio pro
CHRISTO captiva in lassitudine
omnes jam carnifices dedisset, & deni-
que in craticulam abjecta esset lento
igne crucianda; vidit è specu suâ, quæ
delitescerat, CAPRASIVS, manifestatam
in luce columbam cælo adventare,
quæ & rore asperso ardores tempera-
ret, & sero longè pulcherrimo capiti
victricis coronaret. Puduit vinci à vir-
gine, & latere jam noluit, si talem se
fœmina proderet. Abiectus proinde
preces oravit; si cælo placeret etiam
virum in pugnam prodire, veller, pre-
beret, eo in loco fontem enasci. Sanguinem
se daturum, si aquam spelunca
Et dedit hæc aquam, sed quæ CA-
PRASIO cruentâ sitim accendit. Hanc